

tam quod indecens quod decens est claro aspectu apprehendere potest. sed non venit ad bonam coram conscientia nisi per coram custodia. Cor enim suo arbitrio dimissum aut ad vitam severit aut ad mortem. Unde quidquid cor cogitat quod ad utilitates suam vel proximorum quoquomodo modo non prineat respuendum est ut possit acquiri bona conscientia. humana enim conscientia dei est vinea. quam extollere debet peccatorum confessio et eorum satisfactio. Exhibito etiam bonorum operum et custodia eorum. unicuique enim nostrum liber est propria conscientia et ad hunc librum discutiendum et emendandum alij omnes reperiuntur. **R** Anima cum egreditur de corpore nullum alium preter conscientie liberum secum portare potest. atque in illo cognoscet quo debeat ire. et quid debeat recipere. Ex his enim que scripta erunt in libris nostris iudicabimur et ideo scribi debent sicut exemplar libri vite. Et si quid aliter habuerit corrigantur. ne in illa ultima collatione si quod spiam inveni fuerint aliter habentes abiciantur. **hxc Ber.**

Filius

Uelle scire quid possit homo assequi salutis. habendo bonam conscientiam
Capitulum III Pater

Scire debes quod per bonam conscientiam pervenit ad pacem cordis et ad sabbatum sive gaudium spirituale. Circa quod notandum quod frequenter pax et gaudium se comitantur. quia ex pace cordis concipitur gaudium ex spiritu sancto de conscientie tranquillitate. sic e contrario non est pax impiis unde nec gaudium quos enim conscientia remordet gaudium vel pax spirituale non habent. Unde de bonis per Paulum dicitur. Deus spei repleat vos omni gaudio et pace. De impiis dicit dominus per prophetam. Non est pax impiis. quomodo enim pax potest esse illi

qui guerram et litem in domo conscientie habet. cui omnia tam bona quam mala nocent. qui iacet in spiritibus viciis. quem dominus conscientie remordet. qui onus diaboli portat qui iacet in immundicia. **O**portet ergo ut faciat iusticiam hoc est habeat vitam virtuosam. per quam pervenit ad bonam conscientiam. quod pacem cupit et tranquillitatem cordis possidere. **U**nde beatus augustinus. **F**ac iusticiam et habebis pacem si enim non amaveris iusticiam pacem non habebis bona enim res est pax. vis ergo venire ad pacem fac iusticiam. **N**ec augustinus. **Q**ui autem voluit pacifici in semetipsis esse. necesse est ut motus inordinatos et carnales concupiscencias sibiipsis subiciat ac in se demittat. mentem vero suam et rationem subiciat deo per obedientiam mandatorum eius. **U**nde beatus augustinus. **P**acifici in semetipsis sunt. quod omnes animi sui motus proponentes et subicientes rationi carnalesque concupiscencias habentes edomitas sunt dei regni filii. in quo ita ordinata sunt omnia ut quod est in homine precipuum et excellens imperet sit ceterisque reluctatibus. que sunt nobis bestisque communia atque id ipsum quod excellit in homine id est mens et ratio subiciat potiori id est deo. **N**ec enim inferioribus impare quis potest. nisi superioribus subiciatur et hęc est pax que datur hominibus in terra bone voluntatis. non tamen aliquis ad hoc pervenire potest in hac vita ut lex repugnans legi mentis non sit omnino in suis membris sed hoc nunc pacifici agunt domando concupiscencias carnis ut ad pacem plenissimam quandoque perveniant. **E**t notandum quod quanto perfectior est vita in homine. tanto maior pax cordis. et quies interior copiosior ab eodem acquiritur ac possidetur. **S**igna autem perfecte quietis interioris hominis Iohannes ab. montis synai de scribit sic dicens. **Q**uietis est incessabilis dei laetitia et assistentia. **I**esu memoria tui statui uniatum et tunc cognosces quietem. **G. ii**

tis utilitatem. Signa autem quieris interioris hec sunt. intellectus non elatus. mens non arrogans. sanctificata intentio. raptus ad dominum oratio incessabilis custodia impedibilis. fornicationis mortificationis. huiusmodi ad aliquid passibiliter affectionez ignorantia. mors mundi aviditatis gula et appetitus omnium gulorum. puratio discretiois fons lacrimarum libamen multiloquii proteritio et omnis contentio et litis interitus. multus vero timor in quiete tibi necessarius est quod nihil ita persequi accidere poterit. hec Iohannes ab. Diligenda est ergo pax et quies cordis. et habita cum diligentia est custodia. cum vero fuerit per aliquam negligentiam amissa. iterum puritatez cordis ac bonam conscientiam est revocanda. ne quod propter inquietudinez cordis a spiritu sancto efficiat alienus. De promedatione etiam pacis dicit beatus Augustinus. Pax est serenitas mentis. tranquilla conscientia. simplicitas cordis. amoris vinculum. confortium caritatis. hec est que bella prospicit proprimittas. superbos calcat. humiles amat. discordes sedat. inimicos concordat. cum tuis est placita. non querit alienum. nihil deputat suum. docet amare quod odisse non novit. nescit extolli nescit inflari. hanc ergo que accipit tenet. que perdit reperat. quam qui in eadem non fuerit invenit abdicat a patre. exhereditat a filio. a spiritu sancto alienus efficit. nec poterit ad hereditatem pervenire. que noluerit testamentum pacis observare. nec poterit concordiam habere cum christo. que discors esse voluerit cum christiano hec Augustinus. **U** Post pacem vero et quietem cordis sequitur sabbatum spirituale et gaudium in spiritu sancto. quod cum mens per bonam conscientiam a future peccati quierit. in gaudio spiritus sancti iocundatur. unde Augustinus de facto victore. Sabbatum hominis quod ei exterius visibiliter servandum precipitur. sacramentum est interioris sabbati. ubi

mens sancta a future peccati per bonam conscientiam quiescens. in gaudio spiritus sancti iocundatur. hoc sabbatum quisquis in presenti vita servaverit. ut nullis sentiat malis. perveniat in futura vita ad illud eternum dei sabbatum ubi nulla sentiat mala hec Augustinus. Et sciens quod illi spirituale sabbatum non observant secundum beatus Augustinus. nisi qui ita tempore operibus terreis ac comodatur tamen letitiam et orationem et si non semper vel frequenter insistat secundum apostolum. **A**ttendite letitiam et doctrine. Et iterum. sine intermissione orate. Qui enim tales sunt quotidie spiritualiter sabbatum colunt. que vero inquieti sunt et iugiter in terrenis actibus implicati sabbatum. id est requiem habere non possunt. de quibus scriptum est. **I**mpedimenta mundi fecerunt eos miseros. hec Augustinus. Considerans quod nullus malus existens sabbatum seu requiem habere poterit. quod remorsu conscientie que sufficit spiritui perturbatibus vivit. qui autem conscientiam bonam habet in tranquillitate et gaudio est et ideo sabbatum id est requiem cordis frequenter possidet. de hoc beatus Augustinus sic ait. Sabbatum indicit nobis deus. quale intus est in corde est sabbatum nostrum. multi enim vacant menter et tumultuant conscientiam. omnis enim homo malus sabbatum habere non potest nisi quod enim quiescit illius conscientiam et necessitas est ut in perturbatibus vivat. cui autem est bona conscientia tranquillitas est. et ipsa tranquillitas sabbatum est cordis. Accedit enim premissorem deum et si laborat in presenti extendit spei futuri et serenatur omnem nubibus tristitie sic dicit apostolus. **S**epe gaudentes ipsum autem gaudium tranquillitate spei nostre sabbatum nostrum hec Augustinus.

Episcopus etiam de hoc informari quod vix valeat ad servandam quietem interiorum et pacem cordis. **Capitulum V** **P**ater **X**